

*13. Instrumentum venditionis di Marsilio
in favore di Giacomo de Peregrino*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*13. Instrumentum venditionis di Marsilio
in favore di Giacomo de Peregrino*

1284-02-28

(c. 467v) † Anno dominice incarnationis <millesimo ducentesimo> octuagesimo quarto, regnante domno nostro Carolo Dei gratia invictissimo Ierusalem et Sicilie rege, <ducatus Apule#>, principatus Capue, principe Achaye, alme Urbis senatore, Andegavie, Provincie, Forcalquerii et Tornodorii comite, rege <Ierusalem> anno septimo, Sicilie vero anno nonadecimo feliciter amen, mense februarii, die penultimo eiusdem, duodecime indicionis.

1

In presentia Oberti de Artareno regii Potentie iudicis et testium subscriptorum ego Marsile... filius quondam Andree de Marsilio, civis Potentie, vendo et trado tibi Iacobo de Peregrino, civi eiusdem terre, quasdam terras meas sitas in contrata Orllandi de Tenico, in tenimento Potentie, his finibus circumdatas: ab uno latere est via publica, ab alio latere tenes tu idem Iacobus, a tercio tenet notanus Adam et a quarto est via publica. Has autem <terras> qualiter sunt prescriptis finibus circumdatas per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis, tibi predicto Iacobo de Peregrino, ut dictum est nen.... Pro quibus predictis terris confessus sum a te recepisce nomine precii // (c. 468r) tarenos auri duodecim, totum videlicet precium ipsius vendicionis; quapropter do et trado tam tibi quam heredibus tuis liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi nec non et quocumque modo volueritis alienandi terras predictas. <Insuper repro>micto tibi et heredibus tuis eas defendere et

La data è stata integrata tenendo conto dell'intitulatio, dell'era regni (computata per anni interi dal 6 gennaio 1266) e dell'indizione. Il 1284 fu anno bisestile.

guarentire contra omnes homines qui te vel heredes tuos de predictis terris molestare vel inquietare <temptaverint> more iudiciorum. Et si ego prefatus venditor vel mei heredes vel aliquis per me vel per meos heredes contra te vel contra vel tuos heredes venerimus de dictis terris vel eas tibi calumniati fuerimus seu per quodlibet ingenium eas repetere vel subtrahere a vobis quesierimus aut ipsas defendere et guarentire ab omnibus hominibus vobis voluerimus more iudiciorum debeamus componere australes aureos viginti nomine pene, medietatem tibi vel heredibus tuis et alteram medietatem regali curie, vendicione predicta nichillominus rata perpetuo permittente. Preterea cuadam tibi // (c. 468v) dedi et fideiussorem de evitione me ipsum posui quam evitione pro terris predictis.

2

3

4

5

6

7

8

Così S qui, sotto e altrove Acatreno

Così S verosimilmente per Occlandi/Occlani

Così S verosimilmente per notarius (da docc. coevi)

Così S verosimilmente per vendo

Così S verosimilmente per noluerimus

Così S verosimilmente per augustales

Così S verosimilmente per permanente

9

10

Et taliter ego Iacobus Cumbus publicus Potentie notarius
hoc instrumentum venditionis de mandato predictorum
sotrahentium subscripsi quia interfui et meo signo
signavi. Anno, die, mense, indictione pretitulatis. (SN)
Qui supra Obertus de Acatreno regius Potentie iudex
Ego Bernardus de iudice Paulo interfui Ego Iohannes
Nicholaus de dopna Sibilla interfui Ego Bartholomeus
Speciale de Scalea interfui

11

Così S verosimilmente per guadium
Così S verosimilmente per de
Così S verosimilmente per contrahentium